



Martinus apud Belgas in Hollandia honestis parentibus natus, & in omni genere studiorum optimè educatus est. Cum is in patria rudimenta literarū percepisset, sese ad Louaniensem Academiam cōtulit, atq; linguarum puritati & S. Theologiae præclaram operam nauauit. Eius enim tēpore bonæ literæ in Germaniam reuocatæ, atq; Alexander, Petrus Hispanus, Tartaretus & similes ex scholis celebrioribus eiectæ. Itaq; cum Martinus feliciter pergeret, atq; inter Theologos magnū sibi nomen sua eruditione comparasset, S. literarū professor Louanij constitutus est. Eam professionē is magna laude suscepit, atq; in prælectione epistolarum

D. Pauli præclararam orationem habuit, & edidit 1520. In ea tractat de Pauli laudibus, de literis sacrīs ediscendīs, de eloquentia, de pernitiæ sophistices, de sacrorum codicū ad Græcos castigatiōe, & de linguarum peritia. Postea quoq; Isocratis Parænesin recognouit, atq; ingenij sui dexteritatem omnibus patefecit. Itaq; Erasmus Roterodamus hunc Martinū plurimū dīlexit, & aliquo